

AperTO - Archivio Istituzionale Open Access dell'Università di Torino

## Temperamentum/Tempérament

**This is a pre print version of the following article:**

*Original Citation:*

*Availability:*

This version is available <http://hdl.handle.net/2318/1932295> since 2024-04-29T12:17:37Z

*Publisher:*

Vrin

*Terms of use:*

Open Access

Anyone can freely access the full text of works made available as "Open Access". Works made available under a Creative Commons license can be used according to the terms and conditions of said license. Use of all other works requires consent of the right holder (author or publisher) if not exempted from copyright protection by the applicable law.

(Article begins on next page)

Pre-print;

Published version in *Nouvel Index scolastico-cartésien*, ed. Igor Agostini, Paris, Vrin, forthcoming.

**TEMPERAMENTUM**

**TEMPÉRAMENT**

## Table des matières

### 1. Tempérament comme harmonie des qualités

- 1.1. Doctrine de Thomas de Aquin (tempérament comme harmonie entre les contraires)
- 1.2. Doctrine de Duns Scot (tempérament comme mélange)
- 1.3. Doctrine des Conimbricenses (tempérament comme proportion)
- 1.4. Doctrine de Eustache de Saint-Paul et de Burgersdijk (tempérament comme *ad pondus et ad iustitiam*)

## Textes

### 1. Tempérament comme harmonie des qualités

→ *Primæ cogitationes*, AT XI 525, B Op II 966 (Illa autem, quæ ex testibus expirant, reddunt corporis temperamentum multo siccius, sunt enim fluida. Multo validius augetur enim calor siccitate, atque hoc est temperamentum, quod ad barbam submittendam requiritur, et quale nec in mulieribus nec in castratis existit : nam si forte in illis tale reperiretur, barbam quoque haberent)

#### 1.1 Doctrine de Thomas de Aquin (tempérament comme harmonie entre les contraires)

Thomas de Aquino, *Sentencia libri De anima*, liber I, lectio IX ed. Leon. XLV/1 44

Secundo cum dicit etenim harmoniam ponit rationem huiusmodi opinionis ; dicens, quod harmonia est complexio et proportio et **temperamentum** contrariorum in compositis et mixtis. Et haec proportio, quae est inter ista contraria, dicitur harmonia, et forma illius compositi. Unde, cum anima sit quaedam forma, dicebant ipsam esse harmoniam. Dicitur autem haec opinio fuisse cuiusdam Dynarchi et Simiatis et Empedoclis.

Thomas de Aquino, *Expositio libri Boetii De ebdomadibus*, liber I, lectio IX ed. Leon. L 274

Nam propria perfectio uniuscuiusque rei in quadam commensuratione consistit : sicut perfectio corporis humani consistit in commensurato calore ; a quo si deficiat, appetit aliquod calidum per quod calor augetur : si autem superexcedat, appetit contrarium, scilicet frigidum, per quod ad **temperamentum** reducatur, in quo consistit perfectio conformis naturae. Et sic etiam unus figulus abhorret alium, in quantum scilicet aufert ei perfectionem desideratam, scilicet lucrum.

#### 1.2 Doctrine de Duns Scot (tempérament comme mélange)

Duns Scotus, *In libros Physicorum*, liber I, quæstio XII, ed. Durand II 52

Nos autem dicimus unumquodque elementum habere unam qualitatem in summo, et aliam prope summum sine admixtione contrariæ qualitatis, quia aliter non posset esse mixtio : nam si omnes qualitates essent in summo, æque agerent contraria, nullaque ibi esset actio, ubi neque minimus datur excessus : addas quod si aër esset summe calidus, non esset ex se **temperamentum** medium in animalibus, neque esset aptus respirationi, quod dicendum non est.

#### 1.3 Doctrine des Conimbricenses (tempérament comme proportion)

Conimbricenses, *In libros De generatione et corruptione*, liber II, caput VIII, quæstio I, articulum I, ed. 1597 437-438

Quoniam Aristoteles proximis capitibus de primarum qualitatum **temperamento** egit, de eadem re in præsentia disseremus. Ac primo discutiendum occurrit, fit ne **temperamentum** relatio, an qualitas. Relationem esse, hoc modo ostendi potest. **Temperamentum** nihil est aliud, quam primarum qualitatum symmetria, seu proportio; at proportio relatio quædam est, ergo et cæt. Contraria tamen sententia existimantium **temperamentum** qualitatem esse, vera est, et communi philosophorum, medicorumq; assensu comprobata. Eam astruit Avicenna I sufficientiæ cap. 10 Galenus lib. 1 de usu partium et lib. de morborum differentiis cap. 4. Garbius in sua summa tract. 2. quæst. 4, Fernelius lib. 3. suæ *Physiol.* cap. 3. Eidem suffragatur Aristoteles in cap. de qualitate, ubi morbum et sanitatem qualitibus annumerat; et merito, cum morbus, et sanitas definiatur [...] affectus; ille contra naturam, hæc secundum naturam, affectus aurem qualitas est. Item, quod **temperamentum** relatio non fit, ex eo concluditur, quia unum **temperamentum** dicitur alteri contrarium, ut phlegmatico biliosum; at relationi contrarium nihil est. Deinde, quia mixtorum corporum functiones, eorum **temperamento** adscribuntur, teste Arist. lib. 2 de partibus animal. cap. 1. et Galeno in lib. de morb. different. constat autem relationes nullam operandi vim habere, ut in *Physicis* ostendimus. Præterea, quia qualitatum **temperatione** præparatur ac disponitur materia ad formam mixti recipiendam; non disponitur autem relationibus, sed qualitibus. Igitur ad argumentum pro contraria opinione, dicendum, **temperamentum** definiri proportionem primarum qualitatum, non quod **temperamenti** essentia in ipsa proportionis relatione consistat, sed quia eiusmodi relationem quasi connotatam necessario importat; ac si diceremus, **temperamentum** esse primas qualitates, sub certa proportionem.

#### 1.4 Doctrine de Eustache de Saint-Paul et de Burgersdijk (tempérament comme *ad pondus et ad iustitiam*)

Eustachius a Sancto Paulo, *Summa philosophiæ*, pars III/2, tractatus II, disputatio II, quæstio XIV, ed. 1609 I 210-213

Crisis Græce, Latine **temperamentum**, ex ipsa mixtione nascitur, estque concentus seu harmonia, seu naturæ cuiusque mixti apta primarum qualitatum dispositio, vel potius sunt ipsæ primæ qualitates certa quadam ratione in mixto **temperatæ**. Neque enim existimandum est **temperamentum** esse quintam qualitatem a quatuor primis diversam. Neque etiam proprie est ipsa quatuor primarum qualitatum proportio, seu mutua earum inter se habitudo, sed ipsæmet quatuor primæ qualitates quæ illam inter se proportionem habent.

**Temperamentum** in genere duplex constituitur; aliud **temperatum**, in quo nulla qualitas notabiliter excedit; aliud vero **intemperatum**, in quo una vel saltem duæ notabiliter excedunt reliquis inter se **contemperatis**. Rursus **temperamentum temperatum** subdividitur in id quod exquisite atque, ut dicitur, ad pondus, et id quod non adeo exacte, sed ut dicitur, ad iustitiam **temperatur**. Itaque appellatur **temperamentum** ad pondus, illud in quo nulla plane qualitas exsuperat, sed summa inest omnium æqualitas. **Temperamentum** vero ad iustitiam dicitur quod ad naturam eius cui competit maxime accommodatum est, ita ut nulla qualitas notabiliter excedat cæteras. Illud unicum est, hoc vero multiplex. **Temperamentum intemperatum** est duplex, nempe simplex vel compositum; illud est in quo una tantum excedit alteram sibi oppositam reliquis duabus **contemperatis**; sic **temperamentum** calidum dicitur in quo calor frigori dominatur, humore et siccitate **temperatis**; hoc vero est, in quo duæ qualitates excedunt aliis duabus remissis; sic **temperamentum** calidum et humidum dicitur in quo calor et humiditas frigori et siccitati prædominantur.

Potest etiam **temperamentum** ratione principii a quo proficiscitur, bifariam dividi, nempe in **temperamentum** innatum et influxum. Illud est quod ab internis naturæ principiiis, hoc vero quod ab externis causis provenit. Sic enim caro innata **temperie** est calida et humida, influxa vero potest esse frigida, ut hyeme accidit.

Cæterum, circa **temperamentum** ad pondus et iustitiam, quæritur an dentur eiusmodi **temperamenta**. Et quidem quod ad prius spectat, nihil videtur repugnare quin admittendum sit, licet rarissime contingat, et adhuc brevi duret. Sic scribit Galenus I de Temperamentis, cutem interiorum manus hominis in ætate potissimum florente omnium qualitatum mediocritate constare. Quod vero spectat ad posterius **temperamentum**, non est dubium quin illud nonnunquam reperiatur in rerum natura, ita ut corpora mixta non raro **temperata** sint ad iustitiam, licet non diu perseverent in tali statu ob extrinseca incommoda ; sic verosimile est qualitates in corpore humane ad æqualitatem iustitiæ esse **temperatas**, licet difficillimum sit eam **temperiem** perpetuo conservari ob continuas et perpetuas alterationes ipsius corporis quæ tum ab intrinseco, videlicet a calore naturali, humore item nativo, et alimento assumpto, tum ab extrinseco, verbi gratia, ab influxu corporum cœlestium, aut ab æris diversa **temperie** proficiscuntur.

[*Index*, p. 283-284, texte n. 442]

Burgersdijk, Franco, *Ideæ philosophia naturalis*, disputatio XIV, ed. 1652, 48-49

14. Primarum qualitatum formæ conveniens mistura, **temperamentum** appellatur.

15. **Temperamentum** ergo non est simplex qualitas, quatuor promis qualitibus distincta, sed ipsæ primæ qualitates refractæ. Conimb. lib. 2 de gen et corrup. cap. 8 quæst 1. Tol. ibd. quæst. 18.

16. **Temperamentum** aliud est uniforme, aliud difforme : illud **temperamentum** ad pondus, hoc **temperamentum** ad iustitiam appellari solet.

17. **Temperamentum** uniforme dicitur, in quo omnes qualitates æquali graduum proportione coeunt.

18. Tale **temperamentum** in toto aliquo corpore inanimi ut dari forte possit, in toto animato non potest : et, si forte in aliqua viventis parte dari possit, non potest esse durnum. Conimb. ibid. quæst. 2.

19. **Temperamentum** difforme dicitur, in quo vel una aliqua, vel duæ qualitates, cæteras superant : illud, simplex, hoc, compositum vocatur.

20. Utrumque est quadruplex. Nam et in singulis qualitibus potest esse excessus, et excedentes qualitates quatuor modis combinari.

[Strazzoni 2018, p. 370 ]

### *Loci cartesiani*

**Temperamentum** : *Primæ cogitationes*, AT XI 525, B Op II 966 (Illa autem, quæ ex testibus expirant, reddunt corporis temperamentum multo siccus, sunt enim fluida. Multo validius augetur enim calor siccitate, atque hoc est temperamentum, quod ad barbam submittendam requiritur, et quale nec in mulieribus nec in castratis existit : nam si forte in illis tale reperiretur, barbam quoque haberent) ; *À Regius*, 24 mai 1640, AT III 65, B 253, p. 1184 (Dicis etiam in tuis ultimis (quæ heri receptæ, me, ut simul ad præcedentes responderem, monuerunt) : omnem præcipitantiæ intempestivi iudicii pendere ab ipso corporis temperamento, tum acquisito, tum innato ; quod nullo modo possum admittere, quia sic tolleretur libertas, et amplitudo nostræ voluntatis, quæ potest istam præcipitantiæ emendare ; vel, si non faciat, error inde ortus privatio quidem est respectu nostri, sed respectu Dei mera negatio) ; *À Arnauld*, 29 juillet 1648, AT V 219, B 665, p. 2576 (Verissime dici mihi videtur, mentem, quandiu corpori unita est, a sensibus avocare se non posse, cum ab objectis externis vel internis vehementius percillitur. Addo etiam avocare se non posse, cum alligata est cerebro nimis humido et molli, quale est in infantibus, vel aliter male temperato, quale in lethargicis, apoplecticis, phreneticis, vel etiam quale esse solet in nobis altissimo somno dormientibus ; quoties enim aliquid somniamus, cuius postea recordamur, leviter tantum dormimus).

**Tempérament** : *Discours*, VI, AT VI 62, B Op I 96-98 (Ce qui n'est pas seulement à désirer pour l'invention d'une infinité d'artifices, qui feraient qu'on jouirait, sans aucune peine, des fruits de la terre et de toutes les commodités qui s'y trouvent, mais principalement aussi pour la conservation de la santé, laquelle est sans doute le premier bien, et le fondement de tous les autres biens de cette vie ; car même l'esprit dépend si fort du tempérament, et de la disposition des organes du corps, que s'il est possible de trouver quelque moyen, qui rende communément les hommes plus sages et plus habiles qu'ils n'ont été jusques ici, je crois que c'est dans la Médecine qu'on doit le chercher) ; *Passions*, art. XXXVI, AT XI 356, B Op I 2366 (Et outre cela, si cette figure est fort étrange et fort effroyable, c'est-à-dire, si elle a beaucoup de rapport avec les choses qui ont été auparavant nuisibles au corps, cela excite en l'âme la passion de la crainte, et ensuite celle de la hardiesse, ou bien celle de la peur et de l'épouvante, selon le divers tempérament du corps, ou la force de l'âme) ; art. LI, AT XI 371-372, B Op I 2384 (Or encore qu'elles puissent quelquefois être causées par

l'action de l'âme, qui se détermine à concevoir tels ou tels objets ; et aussi par le seul tempérament du corps, ou par les impressions qui se rencontrent fortuitement dans le cerveau) ; art. CXXXIII, AT XI 426, B Op I 2450 (Que si quelques vieillards pleurent aussi fort aisément de fâcherie, ce n'est pas tant le tempérament de leur corps, que celui de leur esprit qui les y dispose. Et cela n'arrive qu'à ceux qui sont si faibles, qu'ils se laissent entièrement surmonter par de petits sujets de douleur, de crainte ou de pitié) ; art. CC, AT XI 478, B Op I 2514 (Et les signes extérieurs de cette Passion sont différents, selon les divers tempéraments des personnes et la diversité des autres Passions, qui la composent ou se joignent à elle) ; *Homme*, III, art. XXXIII, AT XI 147, B Op II, 406 (Et ceci est si généralement vrai, que souvent à mesure que le tempérament de l'estomac se change, la force du goût se change aussi) ; V, art. XCVI, AT XI, 193, B Op II, 494 (les passions, qui servent à disposer le cœur et le foie, et tous les autres organes desquels le tempérament du sang, et ensuite celui des Esprits) ; art. CIV, AT XI 200, B Op II 502 (et quelque chose qui diminue la force de ses Esprits, peuvent selon ses divers tempéraments, la faire ou trop veiller, ou trop dormir) ; *Description*, III, art. XXI, AT XI 248-249, B Op II 546 (Et ces différentes vitesses sont cause que ces diverses parties solides ou fluides, en se frottant les unes contre les autres, se diminuent ou s'augmentent, et s'agencent diversement, selon le divers tempérament de chaque Corps) ; *Recherche*, AT X 500, B Op II 830 (Quant à moi, il me semble que, comme il y a en chaque terre assez de fruits et de ruisseaux pour apaiser la faim et la soif de tout le monde, il y a de même assez de vérités qui se peuvent connaître en chaque matière, pour satisfaire pleinement à la curiosité des âmes réglées, et que le corps des hydropiques n'est pas plus éloigné de son juste tempérament, que l'esprit de ceux-là qui sont perpétuellement travaillés d'une curiosité insatiable) ; *À Newcastle*, octobre 1645, AT IV 327, B 525, p. 2096 (Ainsi on ne peut manquer d'avoir ce sentiment, lorsqu'il n'y a aucune viande dans l'estomac, si ce n'est qu'il y ait des obstructions qui empêchent cette liqueur d'y entrer, ou bien quelques humeurs froides et gluantes qui émoussent sa force, ou bien que, le tempérament du sang étant corrompu, la liqueur qu'il envoie en l'estomac soit d'autre nature qu'à l'ordinaire, (et c'est toujours quelque-une de ces causes qui ôte l'appétit aux malades)) ; *À Elisabeth*, mai 1646, AT IV 409, B 556, p. 2198 (Pour l'admiration, encore qu'elle ait son origine dans le cerveau, et ainsi que le seul tempérament du sang ne la puisse causer, comme il peut souvent causer la joie ou la tristesse, toutefois elle peut, par le moyen de l'impression qu'elle fait dans le cerveau, agir sur le corps autant qu'aucune des autres passions, ou même plus en quelque façon, à cause que la surprise qu'elle contient cause les mouvements les plus prompts de tous).



ELEMENTUM / ÉLÉMENTS

MIXTIO, MIXTURA /

HUMIDUM, HUMIDITAS / HUMIDITÉ

SICCUM, SICCITAS / SÉCHERESSE

CALOR, CALIDITAS / CHALEUR

Rédaction : *Andrea Strazzoni*  
Loci cartesiani : *Andrea Strazzoni*